

Zibaldone 7. - vari provvedimenti e cataloghi (c. 117. t.o - 126.).

7.1 - *fiere di S. Michele e indulgenze di S. Pietro, sec. XII.- XIV. (c. 117 t.o - 118.).*

Ex Libro A. maximo Archivj Capitulari ad 25: n.o 3.o

In Melma¹

(- carta 117. tergo)

Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti cuius tenor talis est².

In Christi nomine Amen. Anno D.n Mill.o ducentesimo quinto indic.e octava die Mercury ultimo exunte Augusti

In presentia Henrici Judicis, Joannis de Mestre Notary, Joannis de Unigo, Regenardi et aliorum.

Vezallus preco in Foro caroby alta voce clamavit, quod talis erat voluntas et Mandatum Pot.is quod nullus debeat capere Stationem in foro Sancti Michaelis nisi prius recipiat cum Valperto Massario Canonici Ter. secundum quod ei designabit, et si quis Stationem ibi cepisset eat ad eundem Massarium et recipiat illam per eundem Canonicum.

Actum in dicto Foro.

Ego Gerardinus Sacri palaty Notarius interfui iussu dicti preconis scripsi.

In nomine (*comincia in margine*) D.ni Amen eiusdem Mill.o ducentesimo trigesimo quinto³ Indictione tertia nona Septembris.

Hoc exemplum per me Petrum subscriptum sumptum ex autentico scripto Manu praedicti Gerardini, D.no Paulo de Muto Judice Vicario D.ni Patri de Verme Pot.is Tar. insinuatum fuit, et in eius presentia per meipsum Petrum et alios subscriptos Notarios diligenter cum autentico ascultatum et cum Judex ipse cognoverit illud cum ipso autentico per ordinem concordare, ut adibeatur eidem exemplo de cetero plena Fides suam et comunis Tar. auctoritatem et decretum.

In Melma

P.clamatio Nundinarum de Melma (*sin qui in margine*). **ibi.** n.o 3.

Hoc est exemplum, cuius tenor talis est⁴.

Anno Domini MCCXVII. indictione V. die sabbati nono intrante Septembri⁵,

presentibus Mag.ro Constantino iudice, Nassinwern patre D. Tisonis dei gratia E.pi Tarv.⁶ et aliis multis.

D.no Rodulfo Comite pot. Ter. existente. Vecello praeco in porticuli Ecclesiae majoris ex parte dicti Pot. Clamavit, et dixit sic esse voluntatem eius, quod forum et Nundinae S. Michaelis de Melma debeant per VIII. dies ante festum S.cti Michaelis, et per VIII. dies post festum fieri, et teneri. Et quicumque voluerit ire ad illud forum vadat, et veniat securiter in re ac persona, praeter forbanitos, truncabursas, falsarios, et latrones. . . .

¹ (*a lato, in margine sinistro*) Aliae Proclamatio.es fol. 16. t.o n. 2. et n.o 3. quam vide infra.

² (*come sopra*) Proclamatio Nundinarum de Melma. 1205.

In libro Refor. 132. V. Cartae bombacinae c.ta 21.

Die Jovis 15. Sept.bris. Nundinae et Mercatus S. Michaelis de Tar. celebrari dicuntur in Musili Com. Ter. tempore Mensis Octubris pro honore, et statu tranquillo d.ti Com. Tar. cum gaudiis, et festi solemnis, ut moris est. Et pag. 22. t.go quod Stationes dari debeant 2.da Dom.ca post festum S. Michaelis.

³ (*come sopra*) 1235.

⁴ (*come sopra*) Alia Proclamatio ad. 26. t.go n.o 2.

⁵ (*come sopra*) 1217.

⁶ (*sopra la nota 4 e l'nizio del testo.*) 1217. 9. Sept. Nassinwern (de Vidoro) Pater D. Tisonis E.pi Tar.

Et nullus in Foro absque Massario, vel nuncio Can. Tar. audeat capere Stationem. et aliis multis in petra carubii (sic). Et nullus in banno et Sacramento, quod fecerit Pot. devastet bavas, vel clausuras circa forum stantes.

Hoc idem dictus Praeco, praesent. Alberto de Tizono iudice, Kabriele de Rimondo, et aliis multis in petra carubii. Et praesent. Bartholomaeo de Gerardino; Ziroldo Notariis, et aliis multis in plathea S. Leonardi clamavit.

Ego Bartholomaeus de Viviano Sac. Imperatoris D. tabellio interfui, et iussus scripsi:
(ommissa legalitate).

(*sul margine inferiore*) ex lib. Refor. 1316. * fol. 37. Die 4.º octubri.

Curiis dicti D. Pot. in camino consulto, ut moris est, et coram ipso D. Pot. congregatis, proposuit idem D. Pot. et peccit sibi consilium exhiberi quid sit agendum super custodia Civit. Tarvis., burgorum, et Tar. districtus, pro Nundinis S. Michaelis que cito celebrari et fieri debent.

ommissis

Item firmatum fuit per XX. consiliarios (*qui c'è una parola cancellata*) ex dictis curiis in concordia, nemine discrepante, quod D. Tutobonus de racione, et Joh. de Maurico Not. sint Superstes in nundinis S. Michaelis, ad associandum D. Pot., et eius Vicarium, ad Staciones dandas merchatoribus, et alia facere, que necessaria sunt.

(*a lato, a fine margine sinistro*) ex libro Actorum in Cancell. Com. Tar. c. 47. - 1385. 28. 7.bre.

Proclama, che la Fiera di S. Michele doveva cominciare ad. 15. 8.bre giorno di Domenica. e dal Vicario, o Giudice del Podestà si assegnavano gli Stazi ai Gastaldi dell'arti la p.a domenica seguente la Festa di S. Michele etc.

(*sesto fascicolo - carta 118.*)

ex libro II. inscripto "varie" del Ca.co Antonio Scoti c.la 34.

Authentica in Archivio in fasciculo Bullarum Scelectarum⁷.

Bonifacius episcopus(*sin qui in margine*) Servus Servorum Dei.

Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem, et Apostolicam benedictionem.

Licet Is, de cuius munere venit, ut sibi, a suis fidelibus digne, et laudabiliter serviatur, de abundantia sue pietatis, que merita supplicum excedit et vota, bene servantibus sibi, multo majora retribuatur, quam valeant promereri. Nihilominus tamen desiderantes Domino populum reddere acceptabilem, ac bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum sibi, quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet, et remissionibus invitamus; ut exinde reddantur divine gratie aptiores.

Cupientes igitur, ut Ecclesia Tarvisina congruis honoribus frequentetur, et etiam conservetur, et ut Christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eamdem, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se relectos de omnipotentis Dei misericordia, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus recte poenitentibus et confessis, qui in festivitate SS:rum Petri et Pauli Ap.lorum a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive Ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim, et ad eius conservationem manus porrexerint adiutrices illam indulgentiam et remissionem peccatorum concedimus⁸, . . .

⁷ (*a lato, sul margine sinistro*) Ex. Bonifacii IX. Ann. 12. 1401.

Indulgentia concessa Eccl.ae Tarv. in Festo S. Petri, cum facultate Decano elargita confessarios deligendi.

N.B. Auctor est D. Antoninus Histor. P. 3. tit. 22. cap. 3. quod Bonifacius IX. creatus Pontifex An. 1389. "replevit orben terrarum Indulgentiis plenariis"; at moriturus "omnes, quas contulerat, revocavit".

Nota: in Veteri Necrologio 11. Kl. Julii huius Indulgentiae fit mentio ad praxim deductae.

⁸ (*come sopra*) Nota: in Veteri Necrologio 11. Kl. Julii huius Indulgentiae fit mentio ad praxim deductae.

quam visitantes Ecclesiam S. Marci de Venetiis Castellan. diocesis in festivitate Assensionis D. N. J. Xp.i annuatim auctoritate Ap.lica consequuntur.

Et nihilominus, ut ipsi Christifideles ad eamdem Eccl.iam Tarv. in festivitate Apostolorum predictorum propterea confluentes Indulgentiam huiusmodi ulterius consequi possint, Decano dicte Eccl.e Tarvisine pro tempore existenti, et quinque aliis confessoribus idoneis per eundem Decanum annuatim eligendis, et in dicta Ecclesia Tarv. deputandis, ut ipsi confessiones omnium et singularum personarum in festivitate dictionum Apostolorum causa huiusmodi Indulgentie assequende confluentium in praedictorum Apostolorum festivitate, et in duobus eam immediate sequentibus, ac etiam aliis duobus diebus ipsam festivitatem precedentibus immediate, eadem auctoritate audire, et ipsis diligenter auditis, pro commissis debitam eis absolutionem impendere valeant, ac iniungere penitentiam salutarem, nisi forsitan talia fuerint propter que Sedes Apostolica sit merito consulenda, eadem auctoritate de ulteriori dono gratie per presentes indulgemus.

Volumus enim, quod oblationes, que forsitan in dicta festivitate vigore indulgentie huiusmodi ad ecclesiam Tarvisin. pervenient, per eundem Decanum recipiantur, et subleventur ac in utilitatem Sacristie ipsius Ecclesie Tarv., et alias, prout ipsi Decano videbitur, fideliter convertantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum Kal. Junii Pontificatus nostri anno duodecimo.

F. de Monte Policiano.

Gratis de mandato D. N. PP.

G. de Pala

Ex vol. Statut. Civ. Tar. (in margine sin qui) Orig. pergam. extra signato "Statutum 1313" cum additionibus 1314. lib. 6. Rub. 1.

Statuimus, quod Fera generalis S. Michaelis fiat in loco consueto, et hiis diebus fiat per districtam, et fiat in quindecima S. Michaelis, et duret per quinque dies, scilicet per duos dies ante quindecimam, et duos dies post, et non sit licitum alicui ludere ad ludos vetitos, et de hoc Pot. non possit absolutionem petere, salvo eo, quod in illis quinque diebus homines possint ludere, si placuerit Pot.

§. Mercatum autem S. Luce fiat in loco consueto, et fiat in octava omnium Sanctorum.

§. Mercatum autem SS:m XL. fiat in pasculo Ciplani, ubi est Eccl.a S. Thomasii Novelli, et fiat in primo sabato quadragesime, et in Dominica ovorum; et consules, qui interfuerint foro S. Michaelis voluntate Pot. habeant pro quolibet in die tres sol. denar.

§. addito sub D.no Jacobo Dalphyno olim Pot. Tar. quod ubi dicit, et fiat in quindecima S. Michaelis et duret etc., dicatur quod incipiat in quindecima S. Michaelis, computata die XV.a et duret per octo dies, et non plus, et quilibet possit ludere in illis octo diebus in ipsa Fera.

Ex Originali inter Bullas Capitularis Archivj scelectas⁹

Eugenius E.ps (*sin qui in margine*) Ser. Ser. Dei

Universis Xp.i fidelibus presentes literas inspecturis salutem, et ap.licam benedictionem.

Licet de cunctis orbis ecclesiis, illarumque statu, et conservatione solícite cogitemus, ad venerabilem tamen Eccl.iam Tarvisinam tanto singularius nostre dirigimus considerationis intuitum, quanto eam in partibus illis pio fidelium devotionis instinctu inter ceteras clarere dignoscimus, dignum arbitantes, ut Xp.i Fideles quoslibet ad impartienda suffragia, ex quibus ipsius Eccl.ie decus, et honor per amplius valeat augeri spiritualibus cura muneribus jndulgentiis videlicet, et peccatorum remissionibus ferventius excitemus. . . .

⁹ (*a lato, in margine sinistro*) 1437. 24. X.bris

(siamo già sul margine inferiore) Cupientes igitur ut Ecclia ipsa que sub vocabulo beatorum Petri, et Pauli apostolorum fundata existit congruis honoribus frequentetur, ac in suis structuris, et edificiis, nec non paramentis, jocalibus, aliisque pro divini cultus incremento necessariis reparetur, et conservetur.

et infra. Septem annos, et totidem quadragenas, de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus etc. dichiarando nulla questa concessione, quando altra simile ne fosse o perpetua, o non ancora spirata.

Dat.o Bononie Anno incarnat.s dominice 1437. Nono Kal. Januar.i Pontif. n.ri anno septimo.

A.de Florentia

Gratis de mandato d.ni n.ri pp.

A.de Florentia